

Micetus noctu plu-
rimus parvam
dejectionem in-
dicat.

Indicat enim, vel cibos maxime solubiles, ac molles parum crassissi-
marum partium continuisse, ex quibus alvi faeces formantur, unde maxima
ipsius pars lacteas penetravit; vel lacteas penetrasse liquidum illud, quod
faeces alvi naturales moliores efficit, unde illæ sicciores redditæ, minoris
etiam molis, nempe densiores sunt, & dejectio est parva.

44. sect. 6.

*Quibus à stranguria volvulus supervenerit, intra septem dies mo-
riuntur, nisi febre superveniente copiosa urina fluxerit. Vi-
de supra in Coacis 8. c. 22. lib. 2.*

31. septima.

*Quibus per febres in urinis sedimenta crassiora farinam referunt,
longam invaletudinem fore significant.*

Sedimentum
quale crassa fari-
na morbum lon-
gum indicat.

De hoc etiam in Coacis, & patet; crassior enim ille pulvis nimiam
contumaciam humorum arguit, & aliquam propter sedimentum, sed im-
perfectam coctionem, unde longitudo morbi.

54. ibid.

*Quibus inter septum transversum, & ventriculum pituita con-
cluditur, & dolorem affert, in alterutrum ventrem viam
non habens, iis per venas in vesicam versa pituita, morbi
fit solutio.*

Urina potest esse
pituita per exfu-
sationem in ve-
sicam per venas
reducta.

Vides hæc quam evidenter posuerit & intellexerit Hipp. humorum
per exsudationem effluxus ex aliqua cavitate, & in aliam per exsudationem
derivationem.

Ex libris Prognosticorum sive Prænotionum p. 40. 25.

Urina solvit do-
lores, & tumores
præcordiorum.

Urina sedimenti
semper albi, le-
vis, & equalis
optima, minus in
qua non semper.

AT præcordiorum tumores, & dolores recentes quidem, & sine inflamma-
tione murmur solvit circa præcordia exortum, idque potissimum, si cum
stercore urina, & flatu prodierit; alioquin ubi ipsum per se trans-
missum fuerit, juvat, idque magis, si ad inferiores sedes descenderit.

Urina optima est, in qua per omne tempus quo ad morbus judicatus fuerit, sub-
sideret album, leve, & aquale, securitatem enim, brevenque morbum fore
significant: quod si intermitat, & interdum quidem pura mejatur, inter-
dum etiam subsideret album, & leve, diuturnior, & minus securus morbus
evadit.

At

At urina rubra simileque quod subsidet & leve, hec multò quidem diuturnior, quam prima sit, valde tamen salutaris.

Rubra longi
morbi, sed saluta-
ris.

*Sedimenta autem in urinis crassiores bordei tosti non exactè moliti partes re-
ferentia prava sunt, hisque pejora laminis similia. Alba verò, & tenuia
valdè prava, atque his etiam deteriora furfuracea. Nubeculae, que per uri-
nas feruntur, albae quidem bona, nigrae verò male.*

Sedimenta, & nu-
beculae que bo-
na, que male.

*Quod autem urina fulva fuerit, & tenuis crudum esse morbum indicat: quod si diutius talis urina perseveret, periculum est, ne non possit aeger suffi-
cere, quo ad urina concoquatur: at exitiosores sunt urine fætidae, & aquose, &
nigrae, & crasse.*

Fulva, & tenuis
durans periculo-
sa, deterior fæti-
da, aquosa, nigra,
crassa.

*At hæc in viris, & mulieribus quidem urinæ nigrae, in pueris aquosæ deter-
rime.*

Quæ in pueris &
mulieribus.

*Quibus urinæ tenues, & crudæ multo tempore redduntur, si reliqua signa
salutaria sint, in iis abscessus ad loca infra septum transversum expectari
debet.*

*Quin etiam pinguedines supra innatantes aranearum telas referentes da-
mnande, colliquationem enim significant.*

*In Urinis autem quæ nubeculas habent, considerandum venit, an supernè, an in-
fernè ferantur, & quosnam habeant colores, & quæ quidem deorsum ferun-
tur cum dictis coloribus bona censende, & commendande, at, quæ sursum fe-
runtur, male, & vituperande.*

*Neque verò tibi imponat vesica quoquomodo affelta, si hujusmodi urinas redi-
derit, non enim totius corporis, sed ipsius per se indicium est.*

Vides admirabili & Hippocratis propria brevitate comprehensum, quicquid de urinis sejunctim supra exposuimus, & quam aptè cohærent omnia cum fundamentis, quæ jecimus. Cum itaque hujus textus singula, vel explanata sint in textibus antecedentibus, quorum plerique sunt cum hu-
jus partibus iidem, vel positis nostris principiis ultrò pateant, ulterius his non immoramus.

ibid. p. 43. 43.

*At vesica tum dura, tum dolentes grave prorsus, & exitiale peri-
culum minantur, maxime autem exitiales, quæ cum febre
affidua sunt, nam & ipsarum vesicarum dolores ad mortem
inferendam satis sunt, neque alvi hoc tempore excernunt
nisi durum quiddam, & coactum. Solvit autem purulen-
ta mixta urina album, & leve habens sedimentum. Quod
si neque cum urina quicquam dolor remiserit, neque mol-*

Vesica dura, &
dolentes per urinam
purulentam
album, & leve se-
dimentum ha-
bentem solvan-
tur; si minus
mors accedit.

G 3 lior

Urinæ multum indicare creditur Hippocratis.

lior vesica reddatur, febrisque assidua fuerit, laborantem intra primos morbi circuitus moriturum sperandum est.

Patet totius præcepti explanatio ex superioribus.

Ibid. p. 46. 32.

Qui verò superfuturos ex morbo, & morituros, eosque quibus pluribus diebus, & paucioribus perseverabit morbus, recte prænoscere volet, in intelligentia comprehensam omnium signorum doctrinam estimare debet, & eorum vires inter se collatas ratione expendere, velut scriptum est, cum in aliis, tñm in urinis, & sputis, ubi una & pus & bilis tussi reducta fuerint.

Ex primo Prorrheticorum, seu Prædictorum t. 4.

Decolor cum nigro suspenso phrenitidem portendit.

In iis qui preter rationem perturbantur, & vigiliis torquentur, urinæ decolores, nigris sublimamentis intersperse cum tenuibus sudoribus circa caput obortis phrenitidem prænunciant.

Perturbationes, & vigilie cum urina decolore indicant partes crassas ad caput colligi, nigra sublimamenta easdam partes esse maximè sejunctas à liquidis &c. ut patet ex antecedentibus.

29.

Si quibus urinæ non recordantibus nec admonitis effluunt, perniciies portenditur. Animadvertisendum etiam est, num ab iis tales redundunt, quales sunt ubi subsidentiam conturbaveris.

Hic ipse textus in Coacis inter eos, quos superius exposuimus; illum proinde consule.

32.

Surditas cum urinis prærubris non subsidentibus, & sublimamentis mentis emotionem ominantur &c.

Præruba non subsidens cum enæoremate, &

Præruba enim urina, & non susidens cum enæoremate magnam indicat copiam durarum partium humoribus ita affixarum, ut non coquuntur,